Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

lene et maria iacobi et salome
e emerunt aromata: ut ven
entes ungerent ihm. Et vna
mane vna sabbatorum venit
ad monumentum orto iam sole.
Et dicebant ad invicem. Quis
revolvet nobis lapidem ab ho
stio monumenti: Et respicien
tes viderunt revolutum lapidem.
Erat quippe magnus valde.
Et introeuntes in monumen
tum invenerunt iuvenem sedentem
in dextris coopertum stola
candida. et obstupuerunt. Qui
dicit illis. ℣ Nolite expavescere.
Jhm quaeritis nazarenum crucifixum:
surrexit non est hic. Ecce
locus ubi posuerunt eum. Sed
ite dicite discipulis eius et pe
tro quia praecedit vos in galilea
am. ibi eum videbitis sicut
dixit vobis. Off. Alleluia re
surrexit et praecedit vos in galilea
dicit dominus alleluia. Secreta. Suscipe
quaesumus domine preces populi tui cum ob
lationibus hostiarum ut paschalibus
mysteriis ad eternitatis nobis medelam te ope
rante perficiant. Per. Prefatio Te
quidem. quae cotidie dicitur usque
ascensionem nisi in vigilia ne. s.
cruces. et in natalitiis apl'orum

Communicantes. Per eiusdem. cō.
Paschalis nimirum celebratus est christus
alleluia usque equaliter in aeternum sincerita
tis et veritatis alleluia alleluia. Postcō.
Spiritum nobis domine tuae caritatis infunde ut quos sacramen
tis paschalibus satiasti tua
facias pietate concordes. Per. Fiat
Introduxit nos dominus in locum
terram fluentem lacte et mel alleluia
et ut lex domini sit semper in ore meo alleluia
alleluia. Ps. Confitemini domino et invocate
nomen eius. annuntiate inter gen
tes opera eius. Kyrie. Paschale. cō.
Deus qui sollemnitate
paschali mundo remedia
contulisti populum tuum. quaesumus domine.
celestibus donis prosequere ut et per
petuam libertatem consequi mereatur
et ad vitam perveniat sempiternam.
℣ In diebus illis. Actuum ap. Per.
Stans petrus in medio ple
bis dixit. Viri fratres vos scitis
quod factum est verbum per universam
iudeam incipiens enim a gali
lea. Post baptismum quod praedi
cavit iohannes ihm a nazare
th quomodo unxit eum deus spiri
tu sancto et virtute qui pertransiit
benefaciendo et sanando
omnes op- pressos a diabolo quoniam
deus erat cum illo